



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

15. Pedagij ratione orta quaestio inter levatorem ipsius, & delatorem
reru[m], qualiter sit terminanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Ad ipso factō sententiam excommunicationis incurrens, debeat sine aliquo processu, vel cause cognitione excommunicatus publicari. Videtur quod sic, per dictam clem. fin. ubi Papa iubet in princip. & iussio Papae obligat ex precepto, ut ibi gloss. in verb. jubeamus.

¶ 2. † Tamen nemo debet ad publicationem excommunicationis procedere, nisi parte vocata. gloss. in ead. clem. fin. in verb. constiterit, in clem. 1. in ver. quamcūd, circā fin. & in clem. 2. in verb. constiterit, de pœn. & Rot. dec. 2. in fin. de dol. & contum. in nov. & hæc procedunt in dubio, sed in claris, si notorie constaret de in cursu excommunicationis per exactionem pedagij publice, ita quod notorum esset, nulla præcedente monitione, posset publicari. Innoc. in c. 1. num. 5. de offic. deleg. Abb. in cap. parochia nos, numer. 2. vers. concordos sic, de sent. ex communic. & Felin. in cap. sacrosanct. num. 3. eod. tit.

¶ 3. † Notoria enim dicuntur, quæ per confessionem, vel probationem legitime nota sunt, aut per evidentiam rei, quæ nulla possit tergiversatione celari, cap final. in fin. de cohab. cleri. & mul. & cap. cum olim, de verb. signif. Et quamvis pedagium sit præstatio, quæ sit à transeuntibus pro persona, vel rebus, quæ vehuntur, aut portantur, glos. in c. super quibusdam, in verb. pedagia de verb. signif. & vestigia à pedagio differat nomine, ut post Joann. Andr. Abb. in cap. innovamus, num 3 de censibus, Paul. de Castr. in l. 1. nu. 2 ff. de public. tenet Felin. in c. Ecclesia S. Matr., nu. 106. de confit. pedagium tamen, & vestigia idem important, ut ibi Abb. & tam exigentes pro personis, quam pro rebus proprijs eandem pœnam incurunt. Quæ solum procedunt pro rebus

proprijs clericorum, non autem pro rebus, quas clerici emissent, & animo negotiandi portarent, pro quibus cessat privilegium, argumento à contrario sensu, clem. fin. de cens. & ibi gloss. in verb. non negotiandi. Specul. de immunit. Eccles. in fin. Felin. in d. cap. Ecclesiæ S. Mariae, num. 105. & Fed. de sen. confit. num. 10. vers. immi si clericis.

Quid autem, si clericus vendidit granum, vinum, aut alios fructus ex prædijs ecclesiasticis recollectos, an emptor sit immunis à solutione pedagij. Et videtur, quod sic, quia, cum prædia ecclesiastica, & eorum bona sint exempta, debent dicto privilegio exemptionis gaudere, quia sequuntur conditionem personarum. Abb. conf. 6. numer. 2. par. 1. tamen contrarium est verum, 14 † nam immunitas clericorum à pedagijs, & gabellis fuit concessa favore personarum ex supra deductis, & non transit ad emptorem. gloss. in d. clem. fin. in verb. non negotiandi, & Fed. d. num. 10. quia mutatione personæ mutatur conditio rei l. per procuratorem. in fin. & ibi Bald. in princ. ff. de acquir. hered. & licet clerici de fructibus suarum præbendarum non solvant gabellam, ementes tamen hujusmodi fructus illam solvere tenentur, quemadmodum ementes à fisco, non obstante privilegio fisci, solvere debent. Bart. int. Iuratio §. fin. de publica. † Si autem inter levatorem pedagij, & delatorem sit quæstio, ut quia ille negat, delatorem rerum esse clericum, vel dicit, res deferri negotiationis causa, vel res illius non esse, unde grave esset semper judicem aditi, pro fide hujus rei recipienda est committendū juramento

S deferent-

referentium, vel suorum nunciorum, si personarum qualitas non dissuadeat, vel nisi fides de contrario haberetur in promptu: & quoad personam sufficit, quod reperiatur in habitu, & tonsura clericali, gloss. in d. clem. fin. in verb. non negotiandi, vers. si autem, & ibi Abb. num. 4. de cens. Sitamen contra clericum de jure erit gabella a publicanis petenda coram iudice ecclesiastico clericus erit convenientius Roland. à Val. conf. 71. nu. 25. volu. 4 & post plures alios, quos citat Diaz. in pract. crim. canon. c. 57 in add. vers. erit tam quibus addo vulg. regulam, quod auctor forum rei sequi debet.

¹⁶ Milites † ordinis S. Joannis Hierosolymitanorum eodem privilegio gaudent, quia sunt vere religiosi, cum profiteantur in hæc verba: Ego N. voveo, & promitto Deo omnipotenti, beataeque Mariæ semper Virgini, Dei genitrici, ac S. Joan. Baptiste perpetuū, cum Dei auxilio servare veram obedientiam cuicunque superiori, qui a Deo, & religione nostra mihi dabitur, amplius vivere sine proprio, & castitatem servare, ut in Stabil. cap. 1. de recept. fratr. quibus tria substantialia vota emituntur, & propterea habent privilegia, quibus expresse cavitur, quod a solutione, & exactione passagij, atteragij, gabellæ, dacij, tractæ, collectæ, procurementis, iucundi adventus, iutium etiam synodalium, censuum, & decimarum, etiam novalium, etiam hortorum, pratorum, pisectionum, molendinorum, & terrarum, quas per se ipsos, vel alios eorum nominibus, etiam colonos arrendatarios, & emphyteuras excolunt, & de quibus fructus percipiunt, & cuiusvis alterius oneris personalis, seu mistis sunt exempti, nec etiam ratione persona-

rum vel retum, animalium, ac bonorum suorum, ad aliquam solutionem pontium, fontium, furnorum, murorum, seu etiam aliarum ecclesiarum, quam dictæ religionis in aliquo teneantur ut in motu proprio Pij III. in Bull. cap. 14. fol. 668. vers. necnon a solutione, quæ habet decretum irritans. &c. Et clausulam, sublata, &c. Et quoad ipsos, est sublata difficultas, ante-¹⁷ neantur ad solutionem gabellæ impositæ pro refectio[n]e mutorum, pontium, & fontium, ut in l. ad instructiones C. de sacro sancti eccl[esi]e. ¶ quia dicta clausula, sublata, &c. removet facultatem quibuscumque aliter judicandi, vel interpretandi. cap. si e tempore de elect. in 6 Paril. conf. 38. n. 7. conf. 41. n. 22. l. 4. Cassad super regul. decif 12. n. 5. cum seq. & Gomel. de anna. poss. q. 4. nu. 5.

¹⁸ An autem † clerici seculares, & regulares sint exempti a gabellis solvendis, quæ imponuntur pro refectio[n]e pontium, & viatum, videtur quod non, sed quod ad illorum solutionem, & contributionem teneantur. d. l. ad instructiones. ubi Bald. nu. 1. auth. de Eccles. tit. S. ad hoc sancimus, column' 6. & Felyn. in d. c. Ecclesia S. Mariae. n. 106. vers. tertius, ubi gabella.

¹⁹ Nam leges Imperatorum † videntur comprehendere clericos, c. i. de novi oper. nunc. cap. si. in auditorium. 10. diff. Felyn. in eod. cap. Eccles. S. Mariae num. 37. & Abb. in cap. inter alia, num. 1. de immuni. Eccles. tamen cum dicta conclusio sit fundata in iure civili, per canones posteriores fuit cor-recta, & libertati ecclesiastica per leges ci-viles pra[j]udicari non potest defectu potestatis condentis, cum non constet de dictarum legum in civilium approbatione, quæ de jure requiritur in concorrentibus odium Ecclesiæ.

f. 81

